



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 2. Constitutio innocentii pro libertate Ecclesiastica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

dus excurreret, & compluribus combu- Sæcul. XV.
 stis Ecclesiis, innumeram fidelium A.C. 1491.
 turmam in captivitate abstraheret, to-
 tamque Provinciam usque ad Croatiae
 & Transylvanicae fines cruenta vastatio-
 ne emetiretur, ac nonnullas etiam urbes,
 nemine victoriarum cursum sistente subi-
 geret.

§. II.

*Constitutio Innocentii pro libertate
Ecclesiastica.*

Ardentiori adhuc studio summus Ponti- Bullar. in
 fex sedis Apostolicæ jura tuebatur; Innoc. VIII.
 cum enim complures ad Papam appella- Constit. 17.
 rant, ac proprii fori iudicibus, eorum-
 que sententiæ sese subtraherent, adversæ
 partes ejusmodi appellantes ac iudicia
 impedire præsumebant, quinimo etiam
 illi, qui in hac causa a iudicibus cita-
 bantur, ut Romanæ curiæ sententiam
 aufugere possent, omni ope & opera li-
 tem suam ad iudicia sæcularia trans-
 ferre contendebant. Summus Pontifex
 Apostolicæ Sedis auctoritatem tam ab
 his quam ab illis violari ratus, ut *huic mor-
 bo* (inquit) *medelam adhiberet*, die vigesi-
 ma tertia Februarii Anno millesimo qua-
 dringentesimo nonagesimo primo Con-
 stitutionem edidit, qua non modo hos,
 sed & illos anathematis poena perculit,
 decla-

Sæcul. XV.
A.C. 1491.

declarans, quod ab ea (præterquam in mortis articulo & satisfactione prævia) ab alio quam Romano Pontifice absolutio- nis beneficium obtinere nequeant. Adjectis insuper aliis in Tabelliones pœnis, qui ejusmodi delinquentibus ministerium suum impenderent. Juebantur præte- rea Episcopi, ut eandem sanctionem in suis Dioecesibus incunctanter promul- garent.

§. III.

*Pax Hungariæ Regis cum Alberto
fratre suo, & Poloniæ
Rege.*

*Bonfin. dec. 3
lib. 1. & 2.*

Crom. lib. 29.

Dubrav. 1. 31

Interea Bajazethes continuato furore, crebrisque incursibus Hungariæ Re- gnum ferro, flammaque devastabat. Ita- que Wladislaus tota armorum mole Tur- cas repulsurus, Albertum fratrem suum in gratiam recipere constituit: ad id maxime Regem sollicitabant Christiani Principes, nec frustraneo conatu; quip- pe die vigesima secunda Februarii hoc anno utrinque pax inita, ac firmata est, ea lege, ut Wladislaus Alberto traditis quibusdam Silesiæ urbibus pensionem constitueret. Postea Varadinensis Epis- copi opera, quem in monasterium seces- sisse meminimus, inimici Hungarorum & Polonorum exercitus pari pacis fœ- dere